Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



112

de creatione mundi de redemptione humani generis respondet
deus ipsi dicenti confitemur et invocabimus nomen tuum. cum
accepero tempus dispositum secundum ordinem sapiente mee sententias
iustitie ponam in effectu reddens tibi pro merito tuo et aliis
similiter et impios puniendo

Et ergo est ut non differam quin liquefacta est terra. id hu
mana natura a stabilitate virtutis et iustitie ut in diuer
sas defluat concupiscentias terram dico. id omnes qui habitant
in ea liquefacti sunt et corrupti per peccata sed ego motus mea
eternaque columpnas que in passione mea nutaverunt sicut
apostolos meos qui totius ecclesie sustentamentum sunt et per illos
acquirentur multi qui digni erunt in iudicio remunera
tione eterne vite

Et per illos sicut apostolos Dixi iniquis omnibus in generali nolite
iniquitate agere sed cito currite ad medicum et delinquentibus
quod precepta mea dixi nolite exaltare cornua vestra per superbiam
dicendo vos esse iustos et incorruptibiles innocentes aut per
elationes peccata vestra defendendo aut potius proprium per alios
accusando ut per diabolum vel per suasores vel per mortales

Nolite extollere in altum superbie cornua contra deum ut
dicatis vos cuspide creatoris esse potiores creatos qui tales
creavit et quid sit in altum extollere cornu exponens aut
nolite aduersus deum tantum iniquitates

Nolite dico hoc facere Quia neque ab oriente neque ab oc
cidente neque a desertis montibus nec ab aliqua mundi
parte potest quis effugere iudicium dei qui ubique
totus adest esse potest

Quoniam deus iudex est et iustus Et ut sicut superbum
humiliat hic et in alia vita et hunc sic humilem exaltat multi
plicando eum in virtutibus et tandem in gloria coronando
qua talis id est dispensatio diuina iudicii in quo gubernatur
vniuersum per merito suo sicut gubernat de talibus. talis dico
vim mesi in quo gubernat vinum mesu id est etiam plenus
mucto id est pena qua potat mali vt per mali
in manu
dei quia